



**EXIMI-//VM PLANEQVE DIVI-//NVM OPVS
INCOMPARABILIS// Theologi Dionysij, professione
Car//thusiani, in quo opere contine[n]tur// quinque
humanae uitae specu//la**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, 1540

Prooemivm Avtoris in Lib. IIII. qui dicitur speculum secularium & mundi
huius amatorum.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55481](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55481)

PROOEMIUM AVTORIS

in Lib. III. qui dicitur speculum

secularium & mundi huius

amatorum.

Grego. **V**Anitas uanitatum & omnia uanitas, dixit Ec-
clesiastes. Quoniam, ut ait egregius doctor
Gregorius, non est deo acceptabilius sacrifi-
cium. quam animarum zelus siue amor: ideo ex diuer-
sis autoritatibus ecclesiasticorum doctorum præsen-
tem tractatum in unū collegi, ut peccatrix anima
deuians, per has sanctas autoritates & ammonitiones
ad uiam ueritatis & iusticiæ, unde sicut ouis quæ pe-
rierat multum errauit, spiritu sancto aspirante iam
diuinitus reuocetur, & ut statum suum cognos. ens
periculosum erroneū & immundū, tactus dolore in-
trinsecus ad deum se conuertat, conuersus penitenti-
am agat, ac sic tandem cum omnibus sanctis uitam
æternam obtineat: Siquidem ut dicit Chrysof. Nunc
præcipue multis illudit uanitas uanitatum & omnia
uanitas. Hunc uersiculum si saperent qui in delictis &
diuitiis uersantur, in parietibus omnibus, in uestibus
suis scriberent, in domo, in ianuis, in ingressibus & an-
te omnia in conscientijs suis, ut per eum oculis cerne-
rent & corde sentirent, quoniam quidem multe sunt
facies, multe imagines falsæ, quæ decipiunt incau-
tos. Oportet ergo quotidie istud salutare carmen, in
prandijs, in cœnis & in omni conuentu, unumquem-
quæ proximo suo canere & a proximo libenter audi-
re, quia uanitas uanitarum & omnia uanitas, præter
amare deum & illi soli seruire. Hæc Chrysof. Conti-
nebit autem præsens tractatus septem capitula iuxta
septem

PROEMIUM AVTORIS 103.

Septem ferias hebdomadæ, ita ut peccatrix anima, p
peccatis deturpata, qualibet die speciale capitulum tã
quam nouum speculum accipiat, in quo faciem suam
confideret. Primum capitulum erit de uilitate & mi-
seria hominis, secundum de peccato in communi &
quanta per peccatum incurrimus spiritualia detrimẽ
ta siue damna, tertium de pœnitentia cito faciẽda,
quartum de mundo fugiendo & odiendo, quintum
de caducis mundi diuitijs & falsis eius honoribus
potentijs dignitatibusq; contemnendis, sextũ
de morte semper timenda ubique & ex
pœtanda, septimum & ultimum
erit de gaudijs paradisi & pœ-
nis inferni.